



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd ita non sit, vt quidam affirmant, quòd Deus ob hoc minatus sit
æternam poenam peccantibus, vt corrigeret à malis. Ixii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Peccatum nanque ad mortem est: quia scilicet peccatum quod hic nō corrigitur, eius venia frustra postulatur. De hoc adhuc subditur: Obliviscatur eius misericordia. Omnipotentis Dei misericordia obliuisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiae fuerit oblitus. Quisquis eū nūc iustum non timeret, post inuenire non valet misericordem.

*Vt omnes animæ electorum credendæ sint esse in cœlo,
& iniquorum animæ in inferno. Cap. LX.*

Ex dialo. **I**nquisitioni meæ iam video sufficienter satisfactū, sed *Gregorij.* **H**oc est adhuc quod quæstione animum pulsat. Quia Petrus in cùm superius dictum sit esse iam sanctorum animas in cœlo interrogat. Iohannes restat proculdubio, ut iniquoru quoque animæ esse non nisi in inferno credantur, & quid de hac re habeat, veritas ignoror. Nam humana æstimatio nō habet, peccatorum *Respōsio* animas posse ante iudicium cruciari. Si esse sanctoru *Gregorij.* mas in cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet vt per omnia esse credas iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iustitiae, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est per omnia, ut & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætitificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui, ignis reprobos exurat.

*Quod sicut finis non est gaudio bonorum, sic finis non
est tormentis malorum. Cap. LXI.*

Ex dialo. **N**vnquid nam quæso te dicimus eos, qui semel illic *Gregorij.* **M**erisi fuerint, semper arsuros? Cōstat nimis, & incū. *Int. Pet.* Etanter verūm esse: quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non est tormentis malorum. Nam cùm veritas dicat: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autē in vitam æternam: quia verūm est quod promisit, falsum proceldubio non erit quod minatus est Deus.

*Quod ita non sit, ut quidam affirmant, quod Deus ob
hoc minatus sit, æternam pœnam peccantibus,
vt corrigere d' malis. Cap. LXII.*

Ex dialo.

Greg. Pe

tr⁹ inter.

Gre. ref.

QVID si quis dicat, idcirco Deus peccantibus æternam penam minatus est, ut eos à peccatorum perpetratione compesceret? Si falsum est quod minatus

est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel insanus præsumat? Et si minatus est, quod nō erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod nefas est dicens, prædicare compellimur.

*Cur peccata quæ cum fine perpetrat a sunt, sine fine
puniuntur.* Cap. LXIII.

Scire velim, quomodo iustū sit, vt culpa quæ cū fine per- *Ex eod.*
Petrata est, fine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, si di- *Pet. int.*
strictus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Ini- *Gre. ref.*
qui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixe-
runt. Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere,
vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enim, quia in pec-
cato viuere semper cupiunt, qui nunquam desinūt pecca-
re, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicatis per-
tinet, vt nunquam careant suppicio, qui in hac vita nun-
quam voluerunt carere peccato.

*Quod Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorū,
iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab
iniquorum vltione.* Cap. LXIII.

SE D nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens *Ex eod.*
Seruos à iusto domino, idcirco cædi præcipitur, vt à ne *Pet. int.*
quitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat, vt emendare de-
beat. Iniqui autem gehennæ igni traditi, si ad correctionē
nunquam veniant, quo fine semper ardebunt? Omnipotēs *Gre. ref.*
Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nō pascitur: Quia
autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non
sedatur. Sed iniqui omnes æterno suppicio deputati, sua
quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt,
scilicet, vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia quæ per-
cipiunt, & in illis respiciant suppicia quæ euaserunt, qua-
tenus in æternū tantò magis diuinæ gratiæ debitores se
esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri conspi-
ciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

*De hoc si ante restitutionem corporum, animæ iustorum
in cœlum recipientur.* Cap. LXV.

Ex eod.

PLACET quod dicis: Sed velim nosse, si nūc antere- *Pet. int.*
stitutionem corporum in cœlum recipi valeant animæ *Gre. ref.*
SS ii